primitie dormien
tium: quoniam quidem
per hominem mors.
et per hominem re
surrectio mortuorum.
Et sicut in adam
omnes moriuntur:
ita et in christo omnes
vivificabuntur.
Unusquisque autem:
in suo ordine. Secl'
In illo Johēm
tempore: Dixit
ihesus discipu
lis suis: et tur
bis iudeorum.
Sicut pater
suscitat mor
tuos et vivifi
cat: sic et filius
quos vult vi
vificat. Neque enim
pater iudicat quē
quam: sed omne iu
dicium dedit filio.
ut omnes honorifi
cent filium sicut ho
norificant patrem.
Qui non honorifi
cat filium: non ho
norificat patrem qui
misit illum. Amen
amen dico vobis:
quia qui verbum
meum audit et cre
dit ei qui misit me:
habet vitam eternam.
Et in iudicium non
veniet: sed transi
et a morte in vitam.
Incipit exorcismus
Salis:

License: public_domain – Utopia, armarium codicum bibliophilorum, United Kingdom, s.n., de_Hamel_v – Beauvais Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ogrw/3578/37292)